

αὐτὴ ἐτάφη, οὐκ αὐτός. αὐτὴ πάντα τὰ ἀνθρώπινα πάθη ὡς ἄνθρωπος ὑπέμεινε, οὐκ αὐτός ἐκείνος δὲ δυνάμις θεοῦ, τοῦτέστι θεός, ὃ τὰ ἅλλα τοῦ ἄδου λύσας, καὶ τὸ κράτος τοῦ διαβόλου καταργήσας, ἀνέβη θέναι κατέβη ἔγειρας ἐκεῖνο τὸ ταφέν, προσήνεγκε τῷ πατρὶ, ἐλεύθερώσας οὐ ἐκρατεῖτο θανάτου. ἐν ταύτῃ τὸν πατέρα νοοῦμεν, ἐν γὰρ καὶ τοῦτο τῇ θεότητι, τῇ δυνάμει, τῇ οὐσίᾳ, τῇ ὑποστάσει, τῇ δόξῃ, τῷ ὀνόματι τοῦ θεοῦ, καὶ αὐτὸν τὸν υἱὸν ἐν τῷ πατρὶ. οὗτος ὁ μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν σάρκα Ἰησοῦς κληθεὶς, καθότι καὶ ἄνθρωπος· τοῦτέστιν ἀνέλαθεν ἄνθρωπον ἐν αὐτῷ, ἐν ᾧ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος οἰκεῖ σωματικῶς. τοῦτον ἔχομεν οὐ διακεχωρισμένον ἀπὸ τοῦ πατρὸς, ἢ τοῦ ἁγίου πνεύματος. οὐδὲ τὸν πατέρα λέγοντες καταβεβηκέναι, καὶ ἐν ἀνθρώπῳ γενέσθαι· οὕτως εἰς θεὸς πατὴρ παντοκράτωρ παρ' ἡμῶν πιστεύεται, καὶ διὰ τοῦτο ἡ πίστις ἡμῶν ἐστὶν εἰς ἓνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα ταῦτα δὲ ἐξ ἐνόητος, μιᾶς δυνάμεως, μιᾶς ὑποστάσεως, μιᾶς οὐσίας, μιᾶς δοξολογίας, μιᾶς κυριότητος, μιᾶς βασιλείας, μιᾶς εἰκόνης. τῆς Τριάδος ὁμοούσιον δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο οὕτως καὶ σαρκῶς ἀνάστασιν πιστεύομεν, τοῦτέστι, τοῦ σώματος ἡμῶν κατὰ τὰς ἁγίας γραφάς, τοῦ φθαρτοῦ καὶ θνητοῦ αὐτοῦ μεταβαλλομένου εἰς ἀφθαρσίαν καὶ ἀθανασίαν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. ἀμήν.

tem; per quem omnia facta sunt. Ita et carnis resurrectionem credimus, hoc est, corporis nostri, secundum sacras Scripturas, commutato eo quod corruptibile et mortale erat, in incorruptibilitatem et immortalitatem per Deum. Amen.

EPISTOLA

LIBERII PAPÆ AD OMNES GENERALITER EPISCOPOS.

(Conc. t. II, col. 670.)

Ut nullus pro persecutionibus, dum durare potest, suam relinquat ecclesiam, nec quietem magis eligat, quam pro populo si commisso laborare intendat.

Domini sanctissimis et Deo amantissimis universis episcopis, Liberiis episcopus, in Domino salutem.

Nihil est quod nos diu stare faciat (*leg. faciat*), nisi Dei gratia. Cæterum nequitia diaboli, contemptibile malum, plenum veneno mortifero sævit, qui sursum atque deorsum circuit, quærens quem devoret. Unde vigilare, et sobrii esse ad orationes (*I Petr. v, 8*), et Deo propinquare debemus, et fatuas, Domino auxiliante, hominum insidias, prout Dominus posse dedit, respuere, et Patres sequi, et non transgredi terminos Patrum (id est, ut non reliquamus nostras, dum in eis persistere aliquo modo valebimus, ecclesias, ut ad alias properemus), aut populos nobis commissos negligere, ut quietem (*for. quiescere*) amplius quam pro eis elaborare, pro quibus etiam animas po-

(1) Vocabulum *ille* (sicut *ego* et *tu*) proprie personam sonat. Personæ autem Verbi Dei non tantum quod propriæ illius naturæ, sed etiam quod naturæ ab ipso assumptæ congruit, tribuitur; adeoque accurata hic non est locutio, qua *ille* suspensus, passus ac sepultus negatur. Vere enim suspensus, passus ac sepultus creditur Filius Dei, scilicet secundum carnem. At epistola hujus scriptor vocabulo *ille*, non personam sed naturam dumtaxat Verbi intellexit.

lis; infirmam, licet non esset ipse infirmus, morti obnoxiam, licet non esset ipse morti obnoxius; visibilem, licet non esset ipse visibilis. Ipsa suspensa est, non autem (1) *ille*; ipsa sepulta, non *ille*; ipsa humanas omnes passiones ut homo sustinuit, non autem *ille*. Ille autem est virtus Dei, id est Deus, qui cum ea quæ in inferno insolubilia erant solvisset, imperiumque diaboli evertisset, adscendit eo unde descenderat; qui corpus suum e tumultu excitavit, et postquam liberasset a morte qua definebatur, Patri obtulit. In illo Patrem intelligimus; una enim et ipse res est deitate, virtute, essentia, substantia, gloria, Dei appellatione: et ipsum in Patre Filium agnoscimus. Hic est qui postquam assumpsisset carnem, Jesus appellatus est, quatenus erat homo; hoc est, assumpsit hominem in se ipso, in quo inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Illum credimus nec a Patre nec a Spiritu sancto separatum; neque tamen dicimus Patrem descendisse, et in homine fuisse. Ita unus Deus Pater omnipotens a nobis creditur. Ideoque fides nostra est in unum Deum Patrem omnipotentem, et in Filium ejus Dominum nostrum Jesum Christum, et in Spiritum sanctum. Et vero (2) ex unitate, una virtute, una substantia, una essentia, una glorificatione, una dominatione, uno regno, una imagine, Trinitatis constare credimus consubstantialitatem.

C nere debemus, studeamus, ne reprobi in conspectu Dei inveniamur, sed fructuosos illi manipulos de commissis nobis gregibus, ipso adminiculante, præsentare valeamus: quamquam multi nos persequantur, et oves Christi dilacerare desiderent, qui quasi in vestibus ovium apparent, intus autem sunt lupi rapaces, quos ex fructibus cognoscimus: isti primo quidem videntur ex nobis esse, sed non sunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum. Quando vero suam evomuerint impietatem, dolium qui in eis est, erumpentes, et apprehendentes infirmiores, et eos qui ad eloquia divina sensus inexercitatos habent, secum eos contrahunt ad perditionem, subvertentes et injuriantes paternas doctrinas sicut et sacras Scripturas, ad perditionem suam, quos oportet præscienter cavere, ne malitia eorum quidam seducti, abscindantur a propria firmitate: *Excucunt enim linguas suas, juxta prophetæ vocem (Psal. cxxxix), sicut serpentes: venenum aspidum sub labiis eorum.* Nec nos pigeat per temporales cruciatus pro Christi nomine elaborare (*S. Martinus papa ep. ad S. Amandum*), sed emolumenta futuræ rema-

(2) Hoc est, non ex similitudine, ut volebant Homœusiani seu Semiariani, sed ex unitate: cui vocis dum proxima una in prius vulgatis conculatur atque conjungitur, subinde eum orationis integritate deficit et sensus. Hic repetitur quod in epistola superiori præmissum fuerit, una Trinitas substantia unum, deitate unum, potestate unum, regno unum, glorificatione unum, imagine unum, asseritur.

nis, hujus sæculi vexationes tolerare persua-
 Scriptum namque est : *Quid retribuam Domino
 vobis quæ retribuit mihi (Psal. cxv)? Calicem
 vobis accipiam, et nomen Domini invocabo.* Tantum
 nobis exigitur, quantum possumus famula-
 tri obsequio commodare. Unde quidem tantum
 esse est importunis prædicationibus insistere,
 nobis perfectæ negotiationis creditur dupli-
 cationum assignatio, atque dominicæ vocis, ad
 eandem ejus requiem, persuadet assertio Sug-
 namque nobis est (7, qu. 1, *Suggestum est no-
 tum pro præteritis laboribus et infestationibus
 vestrum assignatas sibi, et a Deo com-
 relinquant plebes, et in futuro plures relin-
 relint eas, quas tueri debent, ecclesias, et pro
 sibi commissis laborare negligant, et monas-
 n se quieti contradere festinent, et vacationem
 copatus laboribus eligere, et silentio atque
 animi degere magis appetant, quam in his, quæ
 nmissa sunt, permanere, dicente Domino :
*qui perseveraverit usque in finem (Matth. x, et
 Unde namque est beata perseverantia, nisi de
 patientiæ? Quoniam, secundum apostolicam
 tionem, omnes qui voluerint in Christo pie vi-
 rsecutionem patiuntur (II Tim. iii).* Ideoque,
 charissimi, non vos afflictionum amaritudo a
 vestræ proposito coarctet recedere. Consi-
 namque, quanta pro absolute nostræ et li-
 ne Creator, Dominusque et Redemptor noster
 rit, quibus se contumeliis afficiendum tra-
 ut nos a vinculis potestatis diabolicæ libera-
 tendite itaque vobis et omni gregi, in quo
 sanctus constituit episcopos regere Eccle-
 ei, quam acquisivit proprio sanguine (Act. xx);
 sit, qui vos decipiat aut seducat in subtilitate
 is, ut plebes vobis commissas relinquatis
 ritinus in ep. synodica post concil. Later.), et
 propter malorum opprobrium hominum, quieti
 datis, et ut vos solummodo salvetis, et filios or-
 relinquantis. Apertissime enim Spiritus sanctus
 ostolum dicit, quia in novissimis temporibus re-
 quidam a fide et charitate, attendentes spiritibus
 ribus et doctrinis dæmoniorum, et in hypocrisi
 ii eloquiorum cauteriatam habentes suam con-
 m (I Tim. iv). Propter quod, vigilate et orate,
 intretis in tentationem (Marc. xiv; Luc. xxi).
 D
 ero mentis transgressio operatur in his, qui
 ediderint sermonibus Domini, et recesserint
 a quiete a servitio sibi commisso, et suis se-
 rint voluptatibus? Talibus quippe et aliis pro
 Dei constricti necessitatibus, ne pereatis una
 nibus vobis commissis, sed salvi sitis in die
 retributionis, hortamur vestram charitatem
 i. papa in cit. ep. ad S. Amandum), exemplo ejus
 nobis pati voluit, promptos vos in cunctis ejus
 ere servitii, nec quidem quoquo modo a com-
 ura recedere, sed totis viribus in commissis vo-
 niis fortiter usque in finem perdurare : quoniam
 est, qui perseveraverit usque in finem (Matth. x) :*

A nec laudatur initium, sed finis. Nemo vos seducat inani-
 bus verbis. Propterea enim venit ira Dei in filios diffi-
 dentia. Nolite ergo effici participes eorum dogma-
 tum, neque communicetis infructuosis verbis illorum
 (Idem in cit. synodica usque fere in finem), magis au-
 tem redarguite : quoniam cæcus pravaricatorum sunt,
 et extenderunt linguam suam quasi arcum mendacii, et
 non veritatis. Completum est in eis, qui de malo ad ma-
 lum egressi sunt, et me non cognoverunt, dicit Domi-
 nus. Veritatem non loquentur (Jer. vi). Docuerunt
 enim linguam suam persecutores ecclesiarum, earum-
 que sacerdotum, loqui mendacium. Ut impie agerent,
 laboraverunt, et remuerunt scire me, dicit Dominus.
 State ergo vos, dilectissimi, super vias, et videte.
 Interrogate de semitis Domini antiquis, et videte, quæ
 B est via bona sanctorum Patrum, et ambulate in ea;
 et invenietis requiem animabus vestris. Sed si pati-
 mini propter Christum, beati eritis (I Petr. iii). Me-
 tum autem eorum ne timueritis, neque conturbemini.
 Dominum autem Deum sanctificate in cordibus vestris,
 ipso dicente : Nolite timere eos qui corpus occi-
 dunt, animam autem non possunt occidere : sed potius
 eum timeate, qui potest animam et corpus perdere in ge-
 hennam. Nonne duo passeret assere videntur, et unus ex
 illis non cadet super terram sine Patre vestro? Vestri
 autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo
 timere, multis passeribus meliores estis vos (Matth. x).
 Rememoramini ergo, fratres, eum, qui talem sus-
 tinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradic-
 tionem, ut ne fatigemini animis vestris, deficientes.
 C Nondum enim usque ad sanguinem certavimus (al., cer-
 tavistis), adversus peccatum repugnantes (Hebr. xii).

Confidimus autem de vobis, fratres charissimi, meli-
 ora et viciniora salutis, quia neque mors, neque
 vita, neque angeli, neque principatus, neque potesta-
 tes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo,
 neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia
 Magistro gentium docente (Rom. viii), poterit nos
 separare a charitate Domini nostri Jesu Christi, et quæ
 in ipso est, recta fide. Nolite itaque amittere confiden-
 tiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Pa-
 tientia enim nobis necessaria est ad colluctationes ad-
 versariorum, quatenus fidem intemeratam usque in fi-
 nem conservantes, repositionem percipiamus, quam
 repromisit his qui legitime certare deproperant. Adhuc
 enim modicum aliquantulum, qui venturus est veniet, et
 non tardabit (Hebr. x). Ecce enim iudex ante januam
 assistit (Jacob. v) coronas hilariter promittens his,
 qui pro eo passionibus submituntur. Quod si subtraxerit
 se quis, non placebit animæ suæ (Vulg., meæ), sed
 cadet de promissione, propter negationem. Nos autem
 non simus subtractionis filii in perditionem, sed fidei in
 acquisitionem animæ. Propter quod assumite arma Dei,
 ut possitis resistere in die malo, adversus omnes ini-
 micos sanctæ Dei ecclesiæ et vestros : et induite vos
 lorica justitiæ, calcate pedes in præparationem evan-
 gelii pacis, in omnibus assumentes scutum fidei, in quo
 possitis omnia jacula nequissimi ignita (al., ignea) ex-
 tinguere : et galeam salutis accipite et gladium spiri-